berto. Anno 1349. eâ lege, ut Regis filius natu maximus *Delphinus* diceretur, & ditionem illam tanqvam Imperii Feudum ab Imperio recognoſceret, eoq́; nomine Imperii Vaſallus eſſet. *Theodor. Nihem.* l. 2. Hiſt. c. 25. Theatr. Hiſt. *Chr. Matthiæ* IV. p. 667.

Huc refert *B. Scharffius* Log. p. 220. Paralogiſmos de terminis conſignificantibus diverſimodè acceptis. ut:

O. qvod eſt in vaſe, eſt vinum.
Color eſt in vaſe:
E. Color eſt vinum.

Reſp. *in* vel *eſſe in* capitur juxta diverſos modos.

Tales *Homonymiæ* freqventiſſimæ ſunt. Sic חֶסֶד *1. benignitas. 2 probrum.* דֶּשֶׁן *1. pinguedo. 2. cinis,* qvo nil aridius. שֵׁרֵשׁ *1. radices egit. 2. eradicavit.* שֵׁבֶט *1. virga, baculus,* qvo utimur ad percutiendum ſervos, filiosq; immorigeros. Exod. 20. 21. Proverb. 10. 13. Item *afflictiones.* vid. Doct. *Geierum* in Proverb. cap. 10. v. 13. p. 504.